



Universitätsbibliothek Paderborn

**Rvperti Abbatis Monasterii Tuitiensis, ordinis sancti
Benedicti, Theologi antiqui ac plane clarissimi, in Cantica
Canticorum de incarnatione Domini commentario[rum],
libri VII**

Rupertus <Tuitensis>

[Köln], 1527

VD16 B 3703

Dixi ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius Et erunt ubera tua
sicut botri uineæ, & odores tui, sicut malorum, guttur tuum, sicut uinum
optimum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34445

christudo. Quod enim dixi? Statura tua assimilata est palmæ, & ubera tua botris. Et ne dubium sit, cui palmæ dicam adhuc.

Dixi ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius. Et erunt ubera tua sicut botri uineæ, & odores tui, sicut malorum, guttur tuum, sicut uinum optimum.

CMagna igitur humilitas, quam ista pulchritudo sonat, statura tua assimilata est palmæ, quia tale est, ac si dicam, mihi assimilata es omni habitu mentis tuz, mihi (inquam) assimilata es, in eo quod in cruce ascendere mitis & humiliis corde. Hunc ergo ascensum meum futurum dixi, nec quisquam amicorum dubitauerit quin dixerim tibi. Si enim ipsis amicis dixi: Ecce ascendimus Hierosolymā, & filius hominis tradetur ad crucifigendum, & alia multa adhuc sensum pertinentia: imo si & inimicis dixi: Et ego si exalta fuero à terra, omnia traham ad meipsum, quanto magis o charissima dixi, aut dicere debui: Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius, & erunt ubera tua sicut botri uineæ, & odores tui sicut malorum: guttur tuum sicut uinum optimum. Hoc erat dicere, exaltabor in crucem uictoriosam, & moriendo morte fructuosa, operabor uelociter salutem omnium credentium, et deinde doctrinam tua, doctrinam legalis atque Evangelica, tempore oportuno palam prædicabitur, sicut in autumno dulces botri comeduntur, & bonus ubique diffunditur odor honorum operum tuorum, & dulcissimum atque delectabile mihi

Math. 16.
& 20.

Iohan. 12.
Ascēdam
in palmā,
exaltabor
in crucem

O 3

RVP. IN CANT. CA. CAP. VII.
erit eloquium tuum sicut uinum optimum. Tu
autem adhæc.

¶ Dignum dilecto meo ad potandum, &
bijsq; eius ad ruminandum.

Et reuera, ut dicas, ita est, Sicut enim uinū opti-
mum dignum regibus est ad potādum, labijs &
dentibus eorum ad ruminandum, sic eloquium
tuum dignum mihi est ad audiendum, cūctisq;
amicis & testibus meis ad prædicandum. Quid
faciemus uel quo ibimus cum tātis istis delectis
deliciis? Nostri enim, qui primi ad istas delicias
uocati sunt, uenire nolunt, sed abirent negligen-
tes, alius in uillam suam, alius uero ad negotia-
tionem suam, reliqui uero tenuerunt amicos no-
stros & contumelia affectos occiderunt. Quid
igitur faciemus?

¶ Ego dilecto meo, & ad me cōuersio eius
Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, cō-
moremur in uillis. Mane surgamus ad ui-
neas, uideamus si floruit uinea, si flores fru-
ctus parturiunt, si floruerunt mala punica
Ibi dabo tibi ubera mea, Mandragoræ de-
derunt odorem in portis nostris. Omnia
poma noua & uetera, dilecte mi, seruauit
tibi.

Egredia-
mut in a-
grum.
Lucæ. 4.

¶ Hæc ego dilecto meo locuta sum, & ad me
conuersio eius, uidelicet non improbando, imo
propositum hoc habendo, ut egredieremur;